

tatione, huic praesentibus expresse renunciamus. In cuius rei testimonium hoc praesens scriptum dedimus cum appensione sigillorum nostri praepositi et conventus. Datum Mysnae anno domini M^o.CCC^o.XLVII^o, feria quarta proxima post dominicam qua cantatur Misericordia domini.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln des Probsts und Convents an Pergamentstreifen.

Märcker Burggr. Meissen S. 474.

No. 207. 208. 1347. 20. u. 27. Apr.

B. Johann I. und das Domcapitel geben in wörtlich fast gleichlautenden Urkunden dem Burggrafen Meinher zu Meissen dieselbe Zusicherung.

Nos Johannes dei gratia ecclesiae Mysnensis episcopus¹⁾ recognoscimus et tenore praesentium publice profiteamur, quod nobilis vir dominus Meynherus buregravius in Mysna et comes in Hartenstein ad ecclesiam parrochiam in Lomatz vacantem ex resignatione discreti viri domini Henrici de Slynitz canonici²⁾ ecclesiae nostrae praedictae, pensata utilitate praefatae ecclesiae in Lomatz ac considerata honestate personae domini Frenzelini de Slynitz canonici regularis monasterii sanctae Aefrae in Mysna, ipsum domino .i. praeposito iam dictae ecclesiae³⁾ nostrae Mysnensis seu eius officiali praesentavit, ut eam in temporibus vitae suae regere debeat et populo ibidem praeesse, post obitum vero⁴⁾ eiusdem Frenzelini praepositus et conventus antedicti monasterii nullum ius incorporationis aut aliud quodcumque quoquo modo in eadem ecclesia sibi debeant vindicare, sed ipse dominus buregravius personam idoneam libere poterit et debet praesentare vel sui successores ad regendam in Lomatz ecclesiam supradictam. In cuius rei maiorem evidentiam sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Mogelin anno domini M^o.CCC^o.XLVII^o feria sexta proxima post dominicam proximam, qua cantantur Misericordia domini.⁵⁾

Nach den Origg. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit den Siegeln an Pergamentstreifen.
Märcker Burggr. Meissen S. 474. 75.

1) Nos Nicolaus dei gratia ecclesiae Misnensis praepositus et nos Hermannus de Volfticz ar[chiepiscopus] wenon At. praepositus Budissinensis ecclesiae totumque capitulum ceterorum canonicorum No. 208. 2) concanonici 208. 3) iam dictae fehlt 208. 4) vero obitum 208. 5) Datum Mysnae anno domini M^o.CCC^o.XLVII^o. feria sexta proxima post dominicam proximam, qua cantatur Misericordia domini. No. 208.

No. 209. 1351. 9. März.

Burggraf Meinher von Meissen eignet dem Afrastifte Einkünfte von drei Bauergütern in Brockwitz.

In nomine domini amen. Bonum pium ac iocundum deo exhiberi putatur obsequium, dum iis ratio innititur, per quae divini cultus augmentatio efficax sortitur incrementum. Cum igitur quondam discreti viri bonae memoriae domini Petrus de Rittemicz et Heynricus de sancta Cruce clerici Mysnensis diocesis in animarum suarum salubre remedium ex legitima dispositione seu factione testamenti viginti sexagenas latorum grossorum ordinaverint et procuraverint duas sexagenas eiusdem